



m/le



1762.4

COGNITIONEM AESTHETICAM
PRAECEPTORI SCHOLAE NECESSARIAM,
QVAEDAM
DE PRIMO AESTHETICES
PRINCIPIO

PRAEFATVS DEMONSTRAT
ET

VIROS

GENEROSISSIMOS, SVMME VENE-
RABILES, EXCELLENTISSIMOS, PRAENO-
BILISSIMOS, CONSVLTISSIMOS,
AMPLISSIMOS cct,

SCHOLAE NOSTRAE FAVTORES ATQVE IN-
SPECTORES, OMNI, QVA PAR EST, MENTIS
OBSERVANTIA PROSEQVENDOS,

VT ET
OMNES MVSARVM PATRONOS ATQVE
AMICOS HONORATISSIMOS

AD
EXAMENANNVVM

QVOD ORDINIS SECVNDI DISCIPVLI SVBIBVNT
DIE XXX MART. MDCCLXII HOR. MAT. 9—12.
HVMANISSIME INVITAT

IOANNES AVGVSTVS MILLING.
CONR.

COTHENII, LITTERIS SCHOENDORFIANIS.



COGNITIONEM ARITHMETICAM
DE PRINCIPIS ARITHMETICIS
PRINCIPIO
PRÆBATIVE DEMONSTRAT

VIRVS

EXAMINIS ARITHMETICIS
RARISSIMOS CONSILIISSIMOS
SCHOLE NOTAE AD ARITHMETICAM
SPECTANTES OMNI QVAE AD ARITHMETICAM

ORDINES MATHESIN PATRONOS
AMICORUM MATHESIN

EXAMEN ARITHMETICVM
QVOD ORDINES ARITHMETICVS SVBIVIT
DIE XXV MARII MDCCLXXII

IOHANNES AVGVSTVS MATHESIN

COELEM, LITTERIS SCHOENBORNIENSIS





Præfatio.



quam primum, B. L. his qualibuscunque pagellis colophonem addere cœpissẽm, communicavi, ingenue enim fatebor, inter viros bonos vti oportet agier, cum Viro ad cineres mihi vsque Deuenerando, Celeberrimo BAVMGARTEN, quem tum temporis morbo grauitẽ decumbentẽm, Francofurti dum commorarer, sæpius mihi fortunato accedere contigit : rogans ac sperans fore, vt pro eo, quo pollet singulari mentis acumine ac profunditate ea, quæ differtationi huic Sibi minus viderentur congruentia, notaret. Precibus meis humanissimis nec prorsus auersatus perlegit ; qua vero mihi reddita, nec verbulum quidem monuisse, nec mutasse perspexi, scribens se non criticum, sed spectatorem; hac in re agere velle. Atque hæc est epistola, quam a me impetrare non potui, quin publici iuris facerem, quia potissimum, quid de Aesthetices principio sentiat Vir Ille Celeberrimus, declarat. Quare pace Huius Viri, monente id ac suadente Amico quodam Amicissimo, eandẽm hanc describendam iudicavi. Est vero paucis præmissis, in eadem hæc sententia :
Die Logik ist über tausend Jahre in der Welt gewesen/
und man hat von ihrem ersten Grundsätze kaum so viel

gehöret, als von dem ersten Grundsätze ihrer noch überaus jungen Schwester. Ich dächte die Vergeblichkeiten der Streitigkeit über dem ersten Grundsatz des Rechts der Natur sollten die Gelehrten nach ähnlichen Händeln minder lustern gemacht haben. Indessen zeigt sich das Gegenteil. Ob? wird nicht gefragt. Man fragt nur: Welcher? Wer also noch kein erstes Principium gewählt hat, der hat freilich Zeit, wenn er mit spielen will. So sey es denn: Denke schön! Nam pulcre cogitatas res ordinans lucide, congruenterque significans semper tamen pulcre cogitare teneris, 1) inventionem, 2) dispositionem, 3) expressionem. Indes werden wieder zu einer neuen Frage neue Aufgaben. Allein dazu gehöret die Schönheit deutlich zu kennen. Leichter ist sie nur sinnlich kennen, und wo man sie so findet, sinnlich nachahmen. Man findet sie aber in der schönen Natur. Das ist ein Axiom. Also ist nichts leichter, als sagen: Ahme der schönen Natur nach/ wenn der damit zufrieden seyn will, der gern wissen wolte, wie er das anzufangen hätte. Lassen Sie mich Ihnen hiebei mein Schicksal erzählen. Mir fiel vor einiger Zeit Herrn Jügels Berg und Schmelzwerk in die Hände. Die Kunst ist vortreflich, die es verspricht, Gold und Silberreiches Erz so behandeln, daß der Schatz unter dem chymischen Feuer nicht verfliehet; sondern sich vielmehr sammlet, reifer wird, und endlich in den Kasten verschlossen werden kan: Das ist keine Kleinigkeit. Ich ward unter dem Lesen fast zu dem guthen ehrlichen Schmelzer/ welchen Mercur in zwey ziemlichen Böchern unterrichtet/ wie er diese Kunst wahrhaft üben könne. Unzählige mahle frug ich: Du mußt bei der Röstung und Schmelzung zc. derer Erze fein der Natur nach folgen

gen, und weil das die leßigen Künstler nicht thun; so bekommen sie Rauch statt Goldes. Weil ich aber nicht wußte, wie ich beim Schmelzen und Rösten, der Natur nachfolgen sollte; so ward ich durch dieses schöne köstliche Buch nicht reicher und nicht ärmer, als ich vor war. Wenn doch der Mann lieber vom Herrn Batteux gelernt hätte, zu sagen: Du mußt in Rösten und Schmelzen der das Gold zc. reisenden Natur nachahmen; so hätte ich doch etwas mehr gewußt, als was mir schon Aristoteles lange geschrieben hatte. Wenn mir aber nicht Hr. Jüglers, sondern Jupiters Mercur einmahl selbst erschiene, die Reifung und Vermehrung der Metalle Stück vor Stück zu zeigen: Meinen Sie nicht, daß seine Vorschrift etwas schwerer zu verstehen seyn mögte, als die von Jüglerschen Merkur? Gesezt aber, sie bewiese sich auch in der Uebersetzung bewährt, dennoch könnte dagegen gesagt werden: Der Jüglersche Merkur hat doch gleichwohl nur einen einigen leichten Grundsatz, welcher darum viel besser, weil man damit alle Versuche im Schmelzen entschuldigen kan, daß man ihrer Häßlichkeit ungeachtet doch nur steif dabei bleiben darf, wie Herr Such, sie seyen Nachahmungen der reisenden Natur. zc.

§. I.

Necessitatem cognitionis Aestheticae in Praeceptore scholae demonstraturi, non possumus non quaedam de Aesthetica in genere praemonere adeoque duplicem nobis struere viam, qua progrediamur, ALTERA nos ducet ad ipsum fontem, ex quo
fatis fluvium inducit rivosque sequentes,
Aesthetica, ut tandem
Sepes & cuncta obstacula rumpant, Prud.
 qui.



quibus fons ille limpidus ab oppido multis,

multa ubi natiuis obfrepit arbor aquis Pp.

sepitur. Fonst tandem ille natiuus alteram nobis aperiet
viam, Præceptorî cuius, cui non rude est,

ingenium, non incultum, non turpiter hirtum H.

tentandam; vtpote quæ per Viros nosira laude longe fu-
periores, Baumgarten, Meier, Batteux cet. sacra iam, non
puluerulenta est.

Aesthetics, vti termini, ita scientiæ Auctorem veneramur Philosopho-
rum æni nostri facile Principem, celeberrimum Baumgarten, qui eum
deriuauit ἀπο τῶν αἰσθητῶν ἐπιστήμης αἰσθητικῆς. v. Eius diss. de non
nullis ad poema pertinentibus §. 115. 116.

Nota. Quæ citantur, sunt scripta Celeberrimi Baumgarten.

SECTIO I.

DE PRIMO AESTHETICES PRINCIPIO.

§. II.

Aesthetica, quum sit scientia cognitionis sensitivæ,
perficiendæ, triplici gaudet caractere, cuius vi facile ab
omnibus aliis potest distingui. I. Est scientia, II. versa-
tur circa cognitionem sensitivam, contradistinctam co-
gnitioni intellectuâli eiusque scientiæ, quæ Logica est,
nostræ Aesthetics soror natu maior, III. Perfectio sensi-
tivæ. Atque scholas nostras testari possumus, si quis vel
inutilem, vel minus necessariam hanc nostram iudicaret,
scientiam. Nucibus enim vix relictis, iubemur, si diis
placet, orationis non minus ligatæ, quam solutæ facere
periculum. Nascitur vero quoddam genus Orbiliorum,
qui stentorea voce in magistri sui verba iurant, quique
bene multas, sed male coherentes, futes nulliusque mo-
menti regulas fideliter a suo statore acceptas propagant,
cu-

cumulant, iisque ingenium magis obtundunt, gustumque evertunt, quam emendant. Sunt e contra, nostris præcipue temporibus, qui nihil nisi sublime, delicatum, rosum; ingenium præterea, gustum, idque genus plura, citra explicationem atque analysin regularum, quotidie præcipiendo mirifice sibi placent. conf. Batteux *Einschränkung* d. s. K. u. P. I. ab initio & passim. Et quam paucis tamen contigit, qui

*— duro subtolerare magistro
militiam & grave — opus, sua cernere facta
Aspiciant, primis hunc & mirantur ab annis. V.*
quibus tandem possimus acclamare illud Martialis :
— miror, Paule sapisti.

§. III.

Hominum cuius competere cognitionem, quæ quidem per animæ facultates inferiores actuatur, seu quæ infra distinctionem subsistit, SENSITIVAM, Metaph. §. 52. nemo facile inficiabitur. Eandem vero, licet per usum rerum atque exercitium emendatiorem nondum audeamus dicere Aestheticam, sin etiam per abusum sæpe ita laudetur. Aesthetica potius, cognitio quidem sensitiva, sed per scientiam emendata, sola per scientiam politiori ingenio conueniens. Aesthetices enim obiectum mirum in modum se ad omnia extendit non ad ea solum, quæ infra distinctionis Sphæram sunt posita; sed ad ea etiam, quæ possunt quomocunque sensitivæ cognosci, quamvis etiam sub ditione intellectus versentur. conf. Aesth. §. 15. 16. 64. Et quum in evolutione ac resolutione conceptuum eo distinctionis vel profunditatis nemo potest procedere, ut per omnes gradus & notas compossibiles nihil prorsus confusi aut obscuri adesset, adeoque ob eminentiam cog-
gni-

gnitio distincta dicatur ea, quae plurimum talis est, & cui aliqui d admixtum est confusi : ita & Aestheticus raro perceptionibus gaudet, quae merae sensitiuae i. e. confusae vel obscurae, quibusque nihil distincti esset admixtum. Diff. cit. §. 3. 4.

§. IV.

Nostro, quod viuimus, æuo, vti nihil arrogantius ac libentius sibi vendicant ingenii pulchri, siue Aesthetici nomine ii, quibus vltra vulgus poëtastrum vix ac ne vix quidem sapere concessum est, & qui Musarum gratias ampullis & sesquipedalibus verbis venatas iam omnes hariolantur, quique censorio supercilio Parnassum non permeasse, sed vi perrupisse somniando Olympum iam digito attigisse putant, quotidie tamen experti:

Viuite contenti casulis & collibus istis. 1.

ita eo magis sedulo distinguamus inter verum & spurium Aestheticum. conf. Aesth. S. II. §. 28. cet. Is itaque, Aestheticam si concesseris scientiam, nemo iure salutatur, nisi qui certa sua ex certis deducere didicerit; nec illum ita laudabis, qui vel pauca tantum certa, ex parum certis; sed potius, qui plura ac maiora, cæteris paribus, Aestheticam spectantia, complete certa, ex pluribus complete certis scit veritatibus.

§. V.

Si quis igitur Aesthetici nomine dignus haberi velit, duplicem ille certitudinem sectari tenetur. Alteram, subiectiuam, in cogitante, alteram vero obiectiuam in rebus cogitatis §. 4; ytranque demum obtinendam per methodum mathematicam; vel saltim quae huic non a deo dissimilis inuenitur; præcipiente id Log. §. 424. 298. Nec quisquam, vti reor, nos ad tantum rigorem cognitionem

418

nem

nem Aestheticam evehi velle mirabitur; quum tamen certitudo pulchra vel sensitiva, ab intellectuali toto coelo distet: formam nempe disciplinae si didicerit, ab eiusdem materia distinguere. Enimvero formam, uniuersalem quandam atque exactam distinctamque regularum pulchritudinis ac venustatis harmoniam inde effecturi; atque secundum eas, distincte cognitae, pulchre cogitanda vel actuanda directuri, istum habitum scientiae constituimus: ut praedictae tandem & multis abhinc annis pervulgatae opiniones: de gustibus non esse disputandum, seu: gustum diversum esse; idque genus plura, evanescant. cf. §. 2. 4.

§. VI.

Cognitio sensitiva, quomodo in varios se diffundat ramos demonstrat Psychologia: Docet enim effectus eius singulos non minus, quam generales. Et quum PROPOSITIONES, ex quibus dogmata ad aliquam disciplinam pertinentia, possunt deduci, sunt PRINCIPIA illius disciplinae; Psychologiam principia Aesthetices suppeditare perspicimus. M. §. 501. 502. quae dum ex principio omnis humanae cognitionis absolute primo, Contradictionis nimirum legitime sunt deductae, tantaeque ac talis veritatis & claritatis sunt, quantas & quales demonstratio, L. §. 290. hinc scientia §. 4. postulat: merito etiam ac iure ex his certis principiis Aestheticam collocamus in scientiarum corona. Necessitatem hanc, regulas Aesthetices in formam scientiae redigendi more suo solidissime Perspicacissimus Vir Baumgarten euicit Aest: Sect. IV. Praeterea vero quia est scientia cognitionis sensitivae, est complexus regularum, omnium earum partium communium, quae sub cognitione sensitiva conti-

B

nen-

nentur. Paucis itaque mutandis mutatis, per regulas propositionum & ratiociniorum Logices; nec non per abstractionem; dabit Aesthetica regulas non Poëseos, Oratoriæ, Musices solum, sed & artium saltandi, pingendi, ædificandi etc. Hinc existente Aesthetica, ergo vniuersalibus cognitionis sensitivæ regulis, existunt & speciâles; multo licet nonnunquam negotio ex illis deriuandæ. cf. Cl Huch Virgilio Horatiique nonnulla loca etc. §. 39. 40.

§. VII.

Sortis suæ, quam nactus est in hoc universo, haud incuriosus spectator animadvertet, perceptiones suas proficisci ab animæ suæ facultate cognoscitiua M. §. 519. vel superiore, vel inferiore. Superiorem, quia est distincta, Aestheticus non curat. §. 3. Solæ igitur, quæ ortum trahunt ab inferioribus animi dotibus sese per cognitionem sensitivam exferentibus M. §. 521. perceptiones, sunt Aestheticæ, nihilque Aestheticorum siue spectet delectationem, siue vtilitatem, deprehendes, quod non penderet, saltem sufficienter dirigeretur a cognitione sensitiva. Ea de causâ non immerito cognitionem sensitivam laudamus Principium Aesthetics. §. 6.

§. VIII.

Si qua sibi subordinantur principia, ea eorum enascitur series, ut alterum alterius semper fiat principium. Quibus rite ex se invicem deductis, si descenderis, tandem ultimó quodam, extra quod non detur plus ultra, tibi erit acquiescendum. Eiusmodi principium, quoniam Aesthetica necessario requirit cognitionem sensitivam, eandem non absque argumentis commendare possumus. Quæcunque enim veritates ceu lemmata, ex Psychologia

gia

gia in Aestheticam transferuntur, animi viribus, quas sensitivas dicere consuevimus, nituntur. Philosophorum enim quis est, qui amabilem veritatum psychologiarum tandem ad Vnum confluentium nexum nesciret? ubi v. gr. rationem suam sat sufficientem reperit Praefagitio in Praeuisione, hæ, vt & gustus in iudicio, hæ in Facultate fingendi, Memoria, Imaginatione, Phantasia; omnes in sensualibus & sensu atque vltimo in Facultate cognoscitiua inferiore, M. §. 544. 520 -- 623. sese exserente per. Cognitionem sensitiuam §. 7. Quatenus igitur dogmata, per experientiam ex animae viribus, effecta, principia iudicas Aesthetices, eatenus etiam eorum vltimum, hinc Primum conspicias Cognitionem sensitiuam. M. §. 315.

§. IX.

Sane vero suauissimarum sororum commercium, Aestheticam puta, eo, quem locuti sumus §. 4. 6. ornantur habitu, ut itinere certo, minusque impedito, tutius possit ascendere Heliconem Aestheticus, & quare periculum itineris facit, metam contingere. Mihi enim scientiis reliquis quum certus quisque constitutus finis sit, nostram illo destitutam esse, videtur admirabile. Qualem vero sibi finem vindicet Aesthetica, iam olim Cicero, vt plane videas, nihil hoc in genere a nobis dici, quod veritati non respondeat; omnes artes, docet, & mirabilem dignitatem, & pergratam vtilitatem habere debere. | p. Mur. 23. Pari modo delectationem cum vtilitate scopum Aesthetices ponit Cl. Batteux. Vterque tertium charactere confirmat Aesthetices §. 2. nimirum perfectionem cognitionis sensitivae; quippe quam almam profitentur matrem, ambæ ex illa natæ filiae & delectatio, & vtilitas.

Ista

Ista vero perfectio, vti nemo nescit, quia est Pulchritudo M. §. 607; eadem est Finis Aesthetices.

§. X.

Perfectionem, porro, Cognitionis sensitivæ, vel Pulchritudinem finem esse, ex eo constat, quod sana suadet ratio, vti in omnibus, quae organon rationis circumspiciunt, rebus; ita & in Aesthetica, id potissimum eniti atque laborare, vt animi dotes inferiores, & in nobis & aliis, extra nos positis, reddamus perfectiores. Quum enim in Logica, ut intelligentiæ proximis, solemus elaborare; quidni etiam in Aesthetica nobis enitendum sit, ne quid vmbrae rationis obsumus? Quo veriore autem, exactiore & certiore quis gaudet cognitione, eo melior est, & perfectior. Nec longa probationum serie indigere reor, scientiæ, plures maioresque realitates præbenti §. 4. 5. si hanc emendationem, tribuamus. Scientifica igitur cognitione sensitiva vsus, perfectiones in omni suo ambitu redditurus animi dotes inferiores; Pulchritudinem, hinc finem Aesthetices, consequitur, Aesthetica §. 14. M. §. 341. Quam vero hic loquimur perfectionem, si quis vellet laxam, vel nimis vagam accusare, ac miscellæ male intellectæ cum Ethica philosophica arguere; is perpendat velim accuratius: effectus sua causa nunquam esse nobiliores; attamen cum illa, tanquam sua ratione, semper esse in nexu arctissimo. Talis perfectio, de qua disputamus, quia est consensus plurium ad Vnum, est 1) Consensus infra distinctionem subsistentium §. 3. repræsentationum, aut strictius cogitationum, rationem habentium in facultate cognoscitiua inferiore ad Vnum, Pulchritudinem, sine quibus e-

men-

mendationibus nihil vnquam pulchri, nihil venusti pro-
dire poterit. Hinc

Ennius *ingenio maximus arte rudis.* Nam

Fertilis assiduo si non renouetur aratro

Nil nisi cum spinis gramen habebit ager. Ouid.

II.) Consensus harum pulchrarum cognitionum cum ef-
fectibus pulchris ; cui adnumeramus consensum α) pul-
chri ordinis, quo res pulchras meditemur, & internum,
(inter se inuicem) & cum rebus, externum : β) signo-
rum seu expressionis, quia res signatas (obiecta Aesthe-
tices) sine signis non percipimus, M §. 619. & cum ordi-
ne, & cum rebus ipsis Aest. §. 18-20.

§. XI.

Finem Aesthetices perspecto, vltcrius ad principium
eius primum nobis est progrediendum. Huiusmodi
principium meditatiuri inueniamus est necesse propositi-
onem, quæ quibusuis dogmatibus, problematibus &c. Aes-
theticis adeo sufficit, vt nec plura, nec pauciora, quam
quæ pertinent ad Aestheticam, exinde possint deriuari
§. 6. Iam omnes partes Aestheticas docuimus ad pul-
chritudinem vergere debere §. II. nec quidquam Aesthe-
ticorum ciuitatem ingredi posse, quod vel solam distin-
ctionem, vel obscuritatem sapiat. Vtramque hanc si
cauere velis, non solum in inueniendo & ordinando ; sed
& in significando. Finem sequere Aesthetices, ergo : CO-
GITA vel MEDITARE PVLCHRE est principium Aes-
theticæ adæquatum. M. 311.

Principii nostri, si quam citra probationis nostræ viam, auctorita-
tem interponere, nec tamen ad venustissimum atque optime aptissime-
que coherens Viri Cel. Baumgarten Aestheticorum sistema, pronocare
liceat ; in nostras partes tamen concedens meretur audiri, Vir de pul-
cris artibus Meritissimus SCHLEGEL. Qui in Dispp. V. de primo

C

prin.

principio Poeseos, quæ addita sunt Translationi suæ Cel. Barteux *Ein*
 Schränkung der schönen Künste *ic.* vbi, pag: 367 poesin ita descri-
 bens: Sie ist der sinnlichste und angenehmste Ausdruck des Schönen,
 oder des Guten; oder des Schönen und Guten zugleich durch die
 Sprache; duos potissimum determinans *Vir* Cel. eosdem, ac nos cha-
 racteres. I.) cognitionem sensitivam per den sinnlichsten und ange-
 nehmsen Ausdruck, II.) perfectionem eiusdem seu pulchritudinem das
 Schöne und Gute, triplicem consensum perfectionis §. II. admittit.

Deinde vero, postquam non minus iucunde, quam solide pluribus,
 ex quibus hæc sua descriptio est enata, contra principium Imitatio-
 nis pulchrae naturæ Cel. Barteux, disputavit; ita vniuersalitatem ac
 principatum huius nostri principii, omnibus etiam ultra poesin libe-
 ralibus artibus, convenientis, euincit. Pag. 373. Endlich läßt sich die-
 se Erklärung auch auf die andern schönen Künste anwenden, denen der
 Grundsatz der Nachahmung noch näher ist. Man setze in derselben
 statt der Sprache, die Töne und die Geberdung, die Züge und Farben,
 und die dichten Körper; so wird man richtige Beschreibungen von
 der Musik und Tanzkunst, von der Malerei und Bildhauerkunst ha-
 ben *ic.* conf. §. 5.

Poro licet nominare

Thespiadum decus immortalæ sororum

omniumque manuctiorum litterarum statorem nostrum GELLERT.
 Is sane

Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. H.

Assensum nimirum suum ac plenum suffragium ferens illis, quæ hoc no-
 strum principium supra laudatum, Laudatissimus Schlegel, aduersus Cel.
 Barteux stabiliturus, disputauerat. Ita enim Amici sui assensum testa-
 tur in Epist. dedicat. Versioni Barteuxani Principii cer. præfixa Pg.
 XXV. Wenn das, was ich bei der neuen Ausgabe hinzugehan, *co*
 ben den Beifall von Ihnen erhält, den meine Abhandlungen in
 der Erstem Ausgabe (hiezuhöret die, vom höchsten Grundsätze *ic.*)
 bei Ihnen gefunden: So werde ich versichert seyn — daß mir
 auch der Beifall anderer Kenner nicht selten wird. —

En testimonia Tantorum Virorum locupletissima! Age vero periculum
 faciamus ostendendi, quare Imitatio pulchrae naturæ, principium Ac-
 the-

Aethices primum esse nequeat : licet vero huius cum nostro
Dissidium non est hoc — lucrum est.

§. XII.

Naturam entis si consideramus, nihil certe intelligimus, nisi Complexum earum eius determinationum, quæ mutationum eius, vel, in genere, accidentium ipsi inhærentium sunt principia. Eiusmodi determinationes nullæ sunt nisi internæ M. §. 430. Et quum Vniuersum est series actualium finitorum, quæ non est pars alterius, Natura vniuersa dicitur, Complexus omnium naturarum in singulis & simul sumtis huius mundi partibus, M. §. 466, quæ esse demonstrantur vel Monades, Elementa, Spiritus ; vel Materiæ et corpora (hæc sint licet Phænomena substantiata, de iis tamen cognitio sensitiva, tanquam de substantiis, iudicat.) simulque principia Naturæ intrinsecus mutabilia. Iam vero positis principiis, ponuntur & principiata, seu effectus ab iisdem dependentes, partes huius Vniuersitatis nostræ ; quales attentus Cosmologus in hac rerum serie reperitur : effectus harum determinationum internarum qualescunque ; effectuum atque efficientium nexum ; eorum porro modum existendi, initium, nempe, durationem, ac finem, eorumque nexum ; relationem tandem, ac mutationem (circumstantias, in quibus versantur) Mechanismum, M. §. 433. Cursum naturæ M. §. 471. Ordinem naturæ M. 472. cet.

§. XIII.

Quæcunque hæc commemorata, atque etiam singula ex iisdem determinata vel adhuc determinanda artificioso vinculo esse connexa ; nec minus ad perfectionem Naturæ consentire, ignotum potest esse nemini : his autem

tem non Successiuus modo ; sed & Simultaneis inesse re-
peritur PERFECTIO vel obseruabilis Iudicio sensitiuo
(gustui latiori.) quæ est Pulchritudo, Phainomenon :
vel intellectuali (gustui strictiori.) M. §. 607. Prior
Aestheticorum sphaeram ingreditur. Hinc non immer-
rito dicas cognitionem Aestheticam, cognitionem pul-
chritudinis Naturæ §. 12. II. abstrahens ab intellectuali, fo-
li distinctioni Logicae obseruanda. §. 3. Qualem vero
hic sistimus generalem quendam pulchritudinis concep-
tum, non deprehendis solum, si specificas numericasque
notiones (singulas res) subsumis, in illa

Inter Phætiadas, quæ laudatissima formæ

Dote est virgo - -

sed quia etiam nulla perfectio sine ordine, eaque etiam
posita ponatur Bonum ; in rebus vniuersi obseruari po-
terit pulchritudo non magis, quam in actionibus ipsis
substantiarum, qualis forsam erant Virgiliti

— Hippoliti proles PVLCHERRIMA bello, &

PVLCHRA Troianus origine Cæsar.

Quibus rite perpensis Aesthetica dici quoque potest :
Scientia pulchritudinis eiusque diiudicationis. Datur
ergo, quam

laudaret faciem (pulchritudinem) liuor quoque ;

& cui non obseruabilis, vel eius prorsus oppositum vi-
detur, quum omnino non est, nubem pro Iunone ample-
ctitur laborans gustu corrupto. Sedulo iterum cauendæ
præiudicatæ opiniones : Ego perfectionem, hinc
pulchritudinem, nec oculis, nec auribus etc. percipio ;
ergo nulla est. Ego iudico imperfectionem, hinc defor-
mitatem ; ergo vere talis est. Ego consensum vel dis-
sensum plane non obseruo ; ergo nullus est. cet ;

§. XIV.

§. XIV.
 Quas hucusquē declarauimus notiones, non modo omnia, quæ intellectus ope eruitantum possunt in Vniuerso, nec unquam sunt, nec fieri possunt Phainomena, pulchra Aestheticorum ciuitate exulare docent; sed complete distinctum quoque nobis suppeditant conceptum PVLCHRAE NATVRAE. Est enim AGGREGATVM perfectionum in singulis & simul sumtis huius vniuersi partibus, in quocunque nexu spectatis, gustui latiori obseruabilium. Perfectiones has si attenderis, occurrunt sat multæ, oppido magnæ, admodum compositæ. M. §. 96. 436. nec dubium est, quin, quo plures maioresque perfectiones hæ amabiles, omnibus in locis, qua patet orbis iter, sint conspicuæ, eo magis cognitionem sensitiuam, apud eum, qui obseruat, augendo reddant perfectiorem. Commendamus igitur Pulchram Naturam & obiectum pulcherrimum, & fecundissimum nobilissimumq; medium perficiendæ cognitionis Aestheticæ §. 9. 10.

§. XV.
 Si studemus Pulchræ Naturæ effectibus (qualitatibus), quales sunt eius perfectiones, nostros, nostræ cognitionis sensitiuæ effectus, quales sunt cogitanda non minus, quam cogitata (terminis expressa) assimilare, IMITAMVR pulchram naturam. Pulcherrimum pulchritudinis Aestheticæ obiectum igitur naturam pulchram esse, res quum sit extra dubitationis telum posita; studium hoc assimilandi haud ignobile ac fecundum cognitionis sensitiuæ augmentum agnoscitur, idque eo magis curat Aestheticus; quo magis pulchritudo curæ sibi sit. Ex
 D
 qui-

quibus patet, Aestheticum pulchra picturum, pariter ac Naturam producere similia. Quæ si perpenderit, vides, Aestheticum accuratius ad pulchram naturam emigrare, imitatore; non ad naturam rerum in genere. Imitatio enim rerum & infra fines ac horizontem intellectus habitare deprehenditur; non vero pulchræ naturæ §. 14. Dicis; Nihil est, nisi pulchrum in Natura. Concedo. E. si imitari hanc pulchritudinem Aestheticum iubes, nego; donec perfectiones, non nisi solo intellectu detegendas ex Vniuerso sustuleris. Quidam ergo Imitator rerum non est Aestheticus; atque argumenta, quæ pro stabiliendo hoc principio Aesthetices proferuntur in plus probantibus collocata esse putamus. cf. Loc. Nonn. Virg. Horatiiq;

* * * * *

Lubentissime hic plura, quare Imitatio principium primum esse nequit, adiecissim argumenta, nisi me disputationem præcidere vrgerent causæ bene multæ. Sed forsitan non ita multo post erit, vbi hanc rem disputandi vberiore nobis fiat potestas. Ampliare igitur orationem coactus, ad id demum venio, quæ ad Examen nostrum pertinent. Vbi præter publica profectuum suorum, quæ edituri sunt, specimina, discipuli exercitii grati docebunt Fabulam tragicam, cui nomen ACHAEVS. Vbi personæ apparent

- 1) Achæus. Præfectus Asiæ minoris.
- 2) Sofibius. Ab intimis Regis Aegypt: Ptolomæi.
- 3) Bolis. A consiliis eiusdem.

4) An-

- 4) Antiochus. Rex Syriae.
- 4) Attalus. Rex Pergami.
- 6) Cambylus. Summus militum Antioch. praefectus.
- 7) Apollophanes, Intimus amicus Regis Antiochi.
- 8) Theodotus. Praefectus militum Antiochi.

Nomina vero Discipulorum sunt

- 1) Carolus Ludouicus Vierthaler. Cotheniensis.
- 2) Carolus Ludouicus Augustus Schlichter. Cotheniensis
- 3) Henricus David Godofredus Blei. Cotheniensis.
- 4) Philippus Andreas Fizzau. Cotheniensis.
- 5) Ioannes Ludouicus Krellwiz. Cotheniensis.
- 6) Henricus Lebrechtus Berendt. Cotheniensis.
- 7) Ernestus Godofredus Holzmann. Cotheniensis.
- 8) Ernestus Theophilus Huthemann. Klebzig - Cotheniensis.
- 9) Ioannes Fridericus Bertrand, Conneriensis.

Reliquum quod est, labores, quos iterum hoc anno, Vestro, MAECENATES ac INSPECTORES omni venerationis cultu Prosequendi; Qui non solum consiliis diuinis Ecclesiae; sed & grauibus laboribus Curiae salutem curatis, promouetis, augetis, acutissimo subiicere iudicio conamur, in optimam partem interpretari velitis, perhumaniter rogo; meque id potissimum semper eniti ac laborare, vt ne quid detrimenti, sed crescentis augmenti capiat schola nostra,
Vos

Vos persuasos habeatis. Nec dubito fore, vt conamina
nostra, licet exigua satque tenuia, ast tamen piae mentis
erga Vos testimonia, Vestro patrocinio, vt soletis, & in
posterum subleuetis, iuuetis. Ultimo tandem huic no-
stro actui, in maiorem eius splendorem ac decus, vt fre-
quentes adfatis, animunq; erga nostros labores hac præ-
sentia beneuolum præbeatis, Vos, MAECENATES ac IN-
INSPECTORES omni venerationis cultu Prosequendos,
non minus, qam omnes Musarum Fautores atque Amicos
Honoratissimos, ea qua debet, mentis deuotissi-
mæ obseruantia etiam atque etiam
oramus, rogamus.



Vos

147 669

W18-3

ULB Halle 3
008 551 707



5b.

R





1762.4

COGNITIONEM AESTHETICAM
 PRAECEPTORI SCHOLAE NECESSARIAM,
 QVAEDAM
 DE PRIMO AESTHETICES
 PRINCIPIO
 PRAEFATVS DEMONSTRAT
 ET
VIROS

GENEROSISSIMOS, SVMME VENE-
 RABILES EXCELLENTISSIMOS, PRAENO-



CONSULTISSIMOS,
 ISSIMOS cct,
 AE FAVTORES ATQVE IN-
 NI, QVA PAR EST, MENTIS
 TIA PROSEQVENDOS,
 VT ET
 VM PATRONOS ATQVE
 HONORATISSIMOS
 AD
 ENANNVVM
 VVNDI DISCIPVLI SVBIBVNT
 MDCLXII HOR, MAT. 9—12.
 NISSIME INVITAT
 VGVSTVS MILLING,
 CONR.

ERIS SCHOENDORFIANIS.

